



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De æqualitate: & quòd cuique pro merito tribuendum sit. cap. lxiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A angelus Domini ad Eliam dicens, Descende cum eo ad regem.  
Ne sponte declines aurem tuam in necessitate imbecillum.  
Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno.

Iob.  
Eccl. 4.

*Quim fædum est, & nos hæc à Vobis requirere, & vos non præbere!*  
*Cum eo, à quo aliquid postulatur, metienda est postulatio. Aequè enim absurdum est à*  
*parvo magna postulare, & à magno parva. Illud enim importunum est: hoc præparci animi.*  
*Supplicem admitte, cui calamitas opitulatur.*

Na<sup>z</sup>.

De æqualitate: &amp; quod cuique pro merito tribuendum sit.

B C A P. LXIII.

**V**M sancto sanctus eris: & cum viro innocentie, innocens eris. *psal. 17.*  
Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. *luc. 20.*  
Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui honorem honorem, cui timorem timorem.

Rom. 13.

*Certaminis arbiter non simpliciter ac temerè athletis, ad cuiusque arbitratum, eximios Cyril.*  
*honores impertit: verum potius, pro eo ac quisque præclarè se gesit, præmia distribuit.*  
*Aequitas iustitia & fons est.* *Phil.*  
**C** Paria impavibus tribuere summa iniustitia est.  
Nemini iniuriam inferre, verum æquitatem colere, firma potentia est. *Ioseph.*  
Quicquid æquitatis expers est, à charitate abhorret.

De medicis, &amp; medicina.

C A P. LXIV.

**V**os estis iniqui medici, & consolatores mali omnes. *Iob.*  
Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Al- *Ecclesi. 38.*  
tissimus. A Deo est enim medela, & à rege accipiet donationem. Di-  
sciplina medici exaltabit caput illius: & in conspectu magnatorum  
collaudabitur. Da locum medico. Etenim illum Deus creauit. Qui  
D delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.

*Corporum medici subsidiis ad præcaendum morbum accommodatis sanos præmuniunt: Basili.*  
iis autem, qui iam morbo tenentur, manum non admouent. *De pesti.*  
*Imperitus medicus ad ægrotos ingrediens, pro eo atque sanitati eos restituere debet, id feris mor-*  
*quoque paulum virium, quod ipsis reliquum est, adimit.* *bis loqui-*  
*Solentes medici, cùm acerbissima quæque pharmiaca ægrotis fastidio laborantibus hau-*  
*rienda porrigit, melle persæpe poculum circulinunt.* *tur.*  
*Mea quidem sententia præfici medici non temerè nec citra rationem hoc sanxerunt, ut Chrysost.*  
**E** Variæ artis instrumenta palam proponerentur: verum vt eos, qui incolumi valetudine  
erant, cautiiores redderent, ipsis videlicet ostendentes, quantis rebus opus habituri essent, si  
intemperantiis sese gesissent.

Perfectum medicum eum demum appellamus, qui nihil eorum, quæ ad virilitatem, atque ægrorum curationem attinent, pretermittit.  
Probus medicus non uno eodemque die ea omnia simul, quæ ad valetudinem condu- *Phil.*  
cunt, ægrotu adhibere sustinet, quippe qui exploratum habeat hac ratione se plus ei detri-  
menti, quam virilitatis allaturum: verum partitis temporibus salutaria medicamenta tri-  
buit, atque aliás aliud adiiciens, sensim ac leniter in sanitatem eum afferit.

De vestimentis: & quod sumptuosis vestibus vti nec viri nec mulieres  
debeant.

C A P. LXV.

R